

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue  
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatis, eorumque  
Ministerijs - In septem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1629**

Author Christiano & pio Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)

Author Christiano & pio Lectori

De Ec  
clesiaſt.  
Lie-  
vashi a  
c. 1. S.  
Tho. 1.  
par q.  
1580. a.  
10.

**P**ERKENIMVS TANDEM CHRISTIANE LE-  
ctor ad ultimam operis nostri partem, quae est de Perfectione Chri-  
stiana, Ecclesiasticæ Republicæ propria, quam S. Dionysius Hierarchiam  
appellat, & significat Sacrum Principatum: eò quod sit congregatio qua-  
dam Personarum obsequio Dei dedicatarum, & consecratarum in variis  
Statibus, Officiis ac Ministeriis amplissimis, simul cum operibus Sacris  
ac Diutinis: quorum fundatum est Sacrum Ordinis Sacramentum:  
quod complectitur septem partes, quas vocamus quatuor Ordines Mi-  
nores, & tres Maiores: inter quos Sacerdotium tanquam Sol inter se-  
ptem Planetas eminet, ob maiorem suorum ministeriorum celitudinem:  
& quoniam reliqui omnes ( ut idem S. affirmat ) in eo conueniunt cum  
maxima excellentia, Nam qui Sacerdotium dixit, Sacerdotum simul  
omnium uno vocabulo signavit ordinem. Quare excellentiores in  
Sacerdotibus requirit virtutes qui ordines ipsos cum dignitate, quapar  
est, exercere debent: cum votati & electi à Deo fuerint particulari vo-  
catione, ad eos exercendos. Quod totum est materia & argumentum  
primi Tractatus. Secundi autem argumentum erit principium Sa-  
cerdotij Ministerium: quod est offerre Sacrosanctum Missæ Sacrificium,  
cuius amplitudinem, excellentiam, & fructus explicabimus cum omni-  
bus, quæ pertinent ad illud celebrandum, & cum perfectione audiendū.  
Tertius Tractatus erit de ministerio communis omnibus, qui Sacerdo Or-  
dine sunt insigniti, & multis alijs Ecclesiasticis ac Religiosis: de Horis  
scilicet Canonis legendis, aut in Choro decantandis eo spiritu ac de-  
votione, quæ tale opus exigit, ad utilitates & commoda obtainenda, ad  
quæ dirigitur. Et quamus non ita multò antea prodierit liber quidam  
valde doctus ac pius: ad huius tamen plenitudinem opus fuit speciales  
Tractatus de duobus his ministeriis addere. Quæcum sint adeo præstan-  
tia ac præclaræ nunquam desunt aliqua noua, quæ intellectus illustrerent  
& voluntatem allicant, ad ea estimanda & exercenda, cum ea decentia,  
qua par est. Ex quo per gemus ad Quartum Tractatum, in quo de Of-  
ficiis ac ministeriis agetur, quæ iuvant ad salutem & perfectionem pro-  
ximorum: explicantes in genere, quæ sunt omnibus communia: eorum  
scilicet excellentias & vita Sanctorum cum reliquis talentis, quæ offi-  
cia ipsa exigunt, & vocatione Dei, quæ ad ipsa est accedendum. In Quinto  
agetur in particulari de ministeriis Confessoriorum: iacto primum  
fundamento virtutum scientie, ac prudentie, in quibus, ut excellant,

fude

studere debent; addeturque perfectus modus seruandus in confessionibus audiendis, in directione animarum circares omnes obsequi Diuini; in visitandis infirmis, Xenodochiis, carcercibus, & in adiuuandis morituris, & exercendis septem operibus misericordiae spiritualibus cum singulis pauperibus in particulari: reiecta instructione uniuersali ad reliquos duos Tractatus. In Sexto proponentur Officia & Ministeria, litteras variasque scientias profitentium: explicatis in initio, quae possunt esse communia discipulis & Magistris; Ecclesiasticis, Religiosis, ac Secularibus, circa modum eas discendi ac docendi, & in disputationibus, ac lectionibus: deinde quae magis propria sunt Doctorum ac Prædicatorum Euangelicorum in suis Concionibus, exhortationibus, Sacrisque lectionibus; & exprimentur præcipue virtutes, in quibus debeant eminere, ut sua Ministeria cum Auditorum utilitate obeant. Ultimus Tractatus complectetur Status & officia Episcoporum, & omnium Prælatorum Ecclesiasticorum, ac Religiosorum, & indicabitur modus ad ea accedendi ex Dei invocatione; virtutes ac talenta, quibus ornati esse debeant; modus gubernandi suos subditos, & exercendiferuenter ac prudenter omnes gubernationis actus: qua omnia præcipue deducuntur ex iis, quæ Christus D. N. docuit S. Ioannem Euangelistam, & ipse annotauit ac misit in septem Epistolis ad Episcopos Asiae missis: ut expresse habetur in primis tribus Apocalypsis capitibus. Et sic imponemus finem huic operi & viginti quatuor Tractatibus, quos complectitur. In quibus iuxta exiguum meum talentum conatus sum ea omnia explicare, quæ Christiana perf. etio complectitur; tam in communi omnium Fidelium Statu, quam in specialibus Statibus, Officiis, ac Ministeriis trium Rerum publ. Secularis, Ecclesiasticae, ac Religiosa, quas complectitur Ecclesia Catholica: cuius correctioni humiliter subiecio quicquid in eis dixi. Et quoniam ordinariè nos homines vero, bono, ac utili, quod à Diuino spiritu communicatur, aliquid adiungimus de imbecillo, & imperfecto, quod ex nobis ipsis habemus; supplex & ex toto corde peto, ignorasti mihi errores meos, Lectoribus vero huius operis communicare cælestem lucem, quæ se parent preces sum & vili: attribuentes ignorantiae & parcitati mea, quod vile & abiectum erit; Deo autem Domino nostro, quod bonum ac preciosum inuenient: vientes eo in bonum animarum suarum, & ad exequendum perfectè res omnes status, & officij sui, ad gloriam Dei Domini nostri, qui est unicus actalis finis omnium, quæ scripsi.

INDEX